



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

3. Quandò laudabilia sint & meritoria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

iorem conscientiam facio de violatione traditionis huiusmodi, quàm de violatione præceptorum Dei, sicut Christus arguit Phariseos Mat. 23. Væ vobis qui decimatis mentham, anethum &c. & relinquitis maiora legis, &c. Est enim specialis vexatio Diaboli, plus ponderare propria nostra opera, vota, præcepta, orationes, quàm Dei præcepta & generalia opera quæ Deus præcepit, & maiorem inde habere scrupulum & terrorem in conscientia, si negligentur, quàm in transgressione diuinorum præceptorum. Si quis feria sexta comedit carnes, hæresi notatur: Si maledicit, si mœchatur, si inebriatur, &c. nemo quippiam dicit. Sunt quoq; periculosæ traditiones, quandò aperte sunt contra præcepta Dei, & quandò sic vrgentur plus quàm Dei præcepta, vt fuit corbana &c.

Si debitus finis tribuitur traditionibus, tunc sunt laudabiles & etiam meritoria, scilicet si fiunt liberè, non vt hic queratur iustificatio, aut quòd peccetur si ex aliquâ causa, & non contemptu violentur, sic erat cibus de leguminibus puerorum, Daniel. 1. Et obseruatio traditionum filiorum Rechab, Hier. 35. & Ioan. Baptista commendatur de vestitus asperitate, cibo & potu. Mat. 3. & Luc. 3. hic iustificationem suã tribuit Agno Dei, Ioan. 1. & tale genus vitæ tenuit quod Deus etiam non præcepit: Sic hodiè religiosi suas regulas sine superstitione. Et quidè negari nõ potest, quin etiam meritoria erat illis pueris abstinencia, dedit enim illis Deus sapientiam &c. filijs Rechab perpetuum sacerdotium. Ideò non in totum omnes traditiones & Decreta patrum sunt abijcienda: hoc esset peccatũ rebellionis. sicut fuit Chore, Dathan & Abiron, &c. Nume. 16. & peccatum Oziæ regis, 2. Paralip. 26. Potestas igitur tenetur liberare grauatas conscientias: nostrum est obedire, & Paulus ordinauit constitutiones multas de velandis mulieribus, 1. Corint. 11. quòd non prædicent, 1. Corinc. 14. & iubet etiam seruari

uari

uari suas traditiones tam scriptas quàm ore pronu-
 ciatas, 2. Theſſal. 2. At ſolum eſſe cultum hæc ope-
 ra, quæ iudicio commemorabuntur, vt Matthæi 23.
 Eſuriui &c. aut quæ ad proximi commodum perti-
 nent, & non orationes, ieiunium, pſallere &c. fal-
 ſum eſt. commendatur vidua Lucæ 2. de ſeruitio De-
 i &c. & Ioan. Baptiſta, & tres pueri de cibo & veſti-
 tu quorum nullum Deus præcepit, nec in proxi-
 mi commodum reſpicit, aut com-
 morabitur in iudicio. *De*

F I
 N
 I S.

PRIMI LIBRI.

CATE



1. Q
 2. Q
 m
 g
 3. Q
 p



Domin
 uit nos
 um? i.
 crum in
 nus. Na
 ue in te